



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1844

VII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen ihre alten Privilegien, i. J. 1326.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Hermannus de Redern, milites nostri et Vasalli. Ut autem hoc inviolabile in sempiternum perseveret, hanc literam nostris sigillis fecimus firmissime muniri. Actum et datum antiquae Ruppin, Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, Dominica Quasimodogeniti, per manum Domini Bernardi nostri Protonotarii.

Nach Dieterich a. a. D. S. 52 u. 53, und Buchholz Gesch. d. Churm. V. S. 49.

VII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen ihre alten Privilegien, i. J. 1326.

Litera Domini Ludovici Marchionis Brandenburgensis confirmans omnes Literas Dominorum Marchionum Antecessorum *) — Testes nobiles Domini Gunther et Adolphus, Comites de Lindowe, Hermannus de Redere, Betheke de Wildberg, Wernerus de Arneborch et Gunther de Sandowe, nostri milites, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Reppyn in nostra presentia, Anno Domini MCCCXXVI, feria quinta proxima ante Dominicam Reminiscere, per manum Hermannii de Luchowe, nostri notarii Prepositi Stolpenfis**)

Verfornе Urkunde*) nach dem Grund- und Lagerbuche zu Wusterhausen vom Jahre 1714, da die Urkunde noch existirte und **) nach einem von Dieterich a. a. D. S. 53 mitgetheilten Fragmente derselben.

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen die Zollgerechtigkeit, im Jahre 1329.

In nomine Domini Amen. Nos Lodewicus, Dei gratia Brandenburg. et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus, Dux Bavariae, sacri Imperii Archi-Camerarius, fatemur praesentibus manifeste, quod cum fideles et dilecti nostri cives civitatis nostrae Wosterhusen thelonium, eidem civitati adiacens, cum omnibus suis fructibus, pertinentiis, et cum proprietate pro quibusdam debitis, vice et nomine illustris quondam Principis Woldemari Marchionis, Praedecessoris nostri bonae memoriae, rite perplexi in recompensam suorum debitorum receperint ab eodem, licet ejusdem principis literas non habeant cives memorati, nos tamen per fideles nostros sufficienter edocti, quod saepe dicti cives meram et plenam justitiam videantur habere ad thelonium memoratum, unde donationem ipsis per praefatum illustrem Woldemarum factam in his scriptis confirmamus, imo dantes et donantes memoratis civibus de Wosterhusen thelonium praedictum cum omni jure, fructu et cum omnibus pertinentiis suis et cum proprietate, ita quod nobis aut nostris successoribus in eo nihil juris reservamus, renunciantes in his scriptis saepe dicto thelonio renuntiatione debita et solenni. Ut autem haec nostra praefens donatio maneat perpetuis temporibus inconcussa, praesentes literas scribi fecimus, et nostri sigilli robore authentice communiri. Testes sunt nobilis vir Guntherus Comes de Lindowe, Hinricus de Stegelitz, Bethmannus de Holscendorp, Henningus Scadebart, Hinricus de Sydowe, Wernerus de Arneborch, Hermannus de Reder milites, Hermannus de Reder, Henningus de Berlin, Famuli, Hermannus de Luchowe, et plures alii de nostra Familia fide digni. Datum Liwenwaldis de nostra certa scientia, in die beati Lucae Evangelistae, Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

Nach Dieterich a. a. D. S. 56, wo das Zeugenverzeichnis fehlerhaft ist, Hinricus de Regelitz, Bechmannus de Holstendorp etc.